



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

5 Vtrum lex naturæ mutari abolerive possit, an non

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

**Quæstio** speculatiuam. Nihil enim apparet quo differant, nam sicuti conclusiones practice nõ omnibus sunt æque notæ, ita neque speculatiuæ. Tunc uerã in quã, est illa conclusio. Ois triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, q̄ illud principium Omnes duæ lineæ, ubi concurrunt, constituit angulum, nõ enim est æque nota. Respondeatur. Hactenus nullum esse discrimen, differt tñ, q̄ speculatiuum necessarium ignorantia accidit ob defectum doctrine, scilicet, quia nõ didicisti, ignorantia uero in practice contingit (ut dictum est) ex praua consuetudine rationem obtenebrante. Ex his fit consequens postrema conclusio nis particula, nempe q̄ quanto conclusio nes practice magis ad particularia coaptantur, minus innotescunt. Patet exemplo. Ex illo principio. Id ne facias alijs, quod tibi non vis fieri proxime infertur mādatum illud Decalogi. Non mœchaberis, nam id fieri non potest sine coniugis iniuria. Si tamen rem arctius pstringas, uidelicet, Nec simpliciter fornicaberis, hoc licet illi pariter prohibeatur, tñ quia non habet connexionem iniuriam, nõ est tam uniuersaliter notum, quã inter gentes incultas licet non pessime institutas, ignorari queat. Imò nescio an apud aliquos barbaros fidei nræ inficis ignorantia esse posset profus excusatoria. Similiter ex eodem principio palã sequitur. Non fallum testimonium dices, q̄ cum iniuriam veter, omnibus est cõperitissimum. Si autem strictius inferas. Neq̄ vllum proferas mēdaciũ, non est ita notum. Immo iuuenies in plebe, qui putant iocofum & officiofũ nullam afferre culpam. Atque hæc est ratio ob quam omnes prohibitiones secunde tabule, quo patentes essent, illorum sint expresse criminum, quibus iniuria proximis irrogatur. Tametsi, ut homicidij nõc omnis lesio prohibetur, sic & nomine adulterij omnis turpitudõ, & nomine falsi testimonij omne mēdaciũ. Præceptorum autem decalogi ignorantia nulli moralium excusari vnquam poterit, etsi sua scelera suo aliquo linirent. Sicuti illi qui, religionis gratia cõtra interdictum homicidij humana exede cogitabant Deos suos placare ad uenerari. De quibus Psal. Immolauerunt filios suos & filias suas demõis. Et Cicero

in oratione quadam comemorat sua etate Gallicas gētes eodem ritu pollutas, eademq; feracissimam ferit & populis Noui orbi esse solennis. Demones enim humani generis hostes illa cecitate homines demētāt, ut humano sanguine suam expleant inuidiam. Et Iulius Cæsar. lib. 6. de bello Galli. narrat olim apud Germanos latrocinia nullam habuisse infamiam quæ extra fines cuiusque ciuitatis erant. sed tamen facinori obidebant q̄ iuuenes illo exercitio desidiam & torporem excuterent, bellisque se gerendis apparatus. De his autem in præsentiarum satis.

Ad primum igitur argumentum rñdetur non esse Gratiani uerba sic truncare legenda, Ius naturale est qd̄ in lege & in Euangelio continetur. Ac si doceat quicqd̄ est in Euangelio ad ius naturale pertinere. Sed iunctum cum uerba sequentibus. Ius naturale est quo quisque iubet id facere, q̄ sibi uult fieri, &c. id quod in Euangelio continetur, ut uerba hæc patētis, sint docens ius naturale plene in euangelio contineri, non tamen id solum, sed & ius in se diuinum. Ad secundum q̄ est Aristiam responsum. Non quidem principia nature, sed conclusiones nonnuquam deficere. Ad tertium autem conceditur inclinatio nes nature quæ homini cõpetunt, in quantum sensibili animali, ad legem attingere fomi is, hoc est appetitus sensitui originali iustitia destituti. Si autem cõsiderentur quatenus hominis sunt proprie, tñ legi nature subduntur, puta rationi, ceterarum potentiarũ moderatrici, quæ cūctos affectus debet intra suas lineas continere.

ARTICVLVS V.

*Utrum lex natura mutari aboleri ue possit.*

**P**ost hæc facile est hoc quinto articulo duo perspicere quæ superiorũ collaria sunt, nēpe, utrum lex nature aut mutabilis sit, aut ab humana mēte ei adicibilis. Arguitur, ergo q̄ sit mutabilis. Legitur enim in Ecclesiast. 17. Addidit eis disciplinam, & legem uite ubi circumscribitur glossa, legem scilicet literæ quãrum ad correctionem legis naturalis. Et Iulianus lib. 5. (quod est dist. 1. c. ius naturale.)

Cæsar.

Ad primũ arg.

Ad secũdum.

Ad tertium.

Primũ argu. a parte negatiua.

ait

Tertiu

ait eodem omnium possessionem & libertatem esse de iure nature, cum tamen iam iure gentium, tum rerum diuisione, tum et seruius inducta in orbem sit, est ergo lex nature mutabilis. Sed & quia nostris cordibus auelli possit, arguitur primo ex his quae dicta sunt. Multae enim fuerunt gentes adeo habentes & morum prauitate re infecta, ut leges naturae contrarias ediderint. Vnde super illud ad Romanos 2. Cum gentes quae legem non habent, &c. ait

Tertatur alterum mebrum quaestio nis duobus argumentis.

Glossa. Quartum argum. Gratianus. Augustus. Distinctio.

in nouato lex iustitiae inscribitur, quae delet ueritatem culpa. Et quarto arguitur Lex gratiae, efficacior est quam lex naturae, gratia uero deletur per culpam ergo multo facilius deletur potest lex naturae. In contrarium autem est decretum Gratiani distinctione quinta, capite primo ius naturale non uariatur tempore, sed immutabile semper permanet, & sententia Augustini secundo libro Confessionum. Lex tua scripta est in cordibus hominum, quae nec ulla quidem delet iniquitas.

Ad hanc quaestionem facillima est per distinctionem responsio, supposito. n. primo interuallo, quod inter principia, eorumque conclusiones interiectum est, si naturam lex naturae censeri potest mutabilis. Vno modo per additionem, quae ei fiat, atque altero per distractionem. Statuitur ergo prima conclusio. Nihil ueritatem naturae priori modo esse mutabilem. Adiecta enim est illi lex diuina tam uetus quam noua duobus praecipue commodis. Vno. quia iam obscurata erat in mortalium mentibus & caligine obducta, ut in nouaretur. Nempe ut constaret non solum externus actus, uerum & internus esse ad legis normam componendos, neque solum iura natura amicis deberi uerum & inimicis. Altero, ut ea consilio quae illi deerant, supplerentur. Et hoc est quod glossa. Eccl. 17. in primo argumento citata appellat correctionem legis naturae, quae facta est per legem literae. Secunda conclusio. Lex naturae non est quantum ad prima principia posteriori modo mutabilis, ut scilicet quod prius fuit legis naturae desinat esse talis iuris. At uero quantum ad secunda praecipua, quae sunt uelut proxime conclusiones, licet primam immutabilis sit, potest nihilominus quandoque, sed raro mutari propter humana impedimenta ut articulo proximo expositum est. Nam & circa necessa-

Prima concl.

Secunda concl.

rias conclusiones speculabilium contingit ob mentis lippitudinem nonnunquam halucinari. Quae circa mutatio haec non tam in lege sit, quam in rebus ipso, ueritas enim illius generalis praecipua, depositum reddendum est, aut illius fides promissa custodienda, non mutatur nisi mutatis rebus. ex quarum mutatione contraria nascitur ueritas. Quoniam & haec lex. Esus carnum uiniq; potus salubris est hominibus. id particulari mutatur, quod homo febre correptus est, cui talis uictus nocuus sit. Vnde Arist. 5. Ethic. c. 7. Ius, inquit naturae, immutabile est, sicut ignis ubique uis, quod de primis principijs intelligitur, de conclusionibus autem subdit, posse mutari, non tamen apud Deos, qui immutabiles sunt, sed apud nos, qui mutari possumus. Quo fit leges triumphantium in regno eorum nullatenus mutari posse, quae neque felices illi mutantur. Auctoritas autem Iudaeorum non sic intelligenda est, ut libro 3. q. 3. dicturi sumus, ac si eodem possessionem praecipiat, aut seruitutem interdicit, alias ius gentium non potuisset tales leges reuocare, sed dicuntur haec negatiue de lege naturae quia illa nec diuisionem fecit, nec seruitutem iussit. Restabat huius tractate, an huiusmodi praecipua naturae sint dispensabilia cuius nimirum inde coeucturae sunt, quod Deus Abrahamae necem filij praecipit, & Osee ut fornicaretur, & filijs Israel ut depradarentur Aegyptios, haec autem dubitatio inferius. q. 1. art. 8. propriam habiuitur est sed. Tertia conclusio similis est huic proximae. Lex naturae quantum ad prima principia & praecipua, non potest ab humana mente stirpitur eradicari. Potest tamen, licet non plurimum, sed raro quantum ad conclusiones, & secunda praecipua in aliquibus hominibus deleri. Conclusio non alio indiget testimonio quam quia superioribus petitur. Possunt barbari tanta morum vitiositate perueriti atque errorum peruersitatibus offuscari, ut pro peccatis non ducant, quae lex naturae uetat. Neque id solum in conclusionibus, quae longe a principijs distantur est officiosum mendacium & simplex fornicatio, uerum & in his quoque quae propinquiores, subindeque lucidiores existunt. Sunt enim (ut a fide dignis accepimus) reprobissimi inter illos mortales. Noui orbis qui nefandam turpitudinem contra naturam non solum impune permit-

terias conclusiones speculabilium contingit ob mentis lippitudinem nonnunquam halucinari. Quae circa mutatio haec non tam in lege sit, quam in rebus ipso, ueritas enim illius generalis praecipua, depositum reddendum est, aut illius fides promissa custodienda, non mutatur nisi mutatis rebus. ex quarum mutatione contraria nascitur ueritas. Quoniam & haec lex. Esus carnum uiniq; potus salubris est hominibus. id particulari mutatur, quod homo febre correptus est, cui talis uictus nocuus sit. Vnde Arist. 5. Ethic. c. 7. Ius, inquit naturae, immutabile est, sicut ignis ubique uis, quod de primis principijs intelligitur, de conclusionibus autem subdit, posse mutari, non tamen apud Deos, qui immutabiles sunt, sed apud nos, qui mutari possumus. Quo fit leges triumphantium in regno eorum nullatenus mutari posse, quae neque felices illi mutantur. Auctoritas autem Iudaeorum non sic intelligenda est, ut libro 3. q. 3. dicturi sumus, ac si eodem possessionem praecipiat, aut seruitutem interdicit, alias ius gentium non potuisset tales leges reuocare, sed dicuntur haec negatiue de lege naturae quia illa nec diuisionem fecit, nec seruitutem iussit. Restabat huius tractate, an huiusmodi praecipua naturae sint dispensabilia cuius nimirum inde coeucturae sunt, quod Deus Abrahamae necem filij praecipit, & Osee ut fornicaretur, & filijs Israel ut depradarentur Aegyptios, haec autem dubitatio inferius. q. 1. art. 8. propriam habiuitur est sed. Tertia conclusio similis est huic proximae. Lex naturae quantum ad prima principia & praecipua, non potest ab humana mente stirpitur eradicari. Potest tamen, licet non plurimum, sed raro quantum ad conclusiones, & secunda praecipua in aliquibus hominibus deleri. Conclusio non alio indiget testimonio quam quia superioribus petitur. Possunt barbari tanta morum vitiositate perueriti atque errorum peruersitatibus offuscari, ut pro peccatis non ducant, quae lex naturae uetat. Neque id solum in conclusionibus, quae longe a principijs distantur est officiosum mendacium & simplex fornicatio, uerum & in his quoque quae propinquiores, subindeque lucidiores existunt. Sunt enim (ut a fide dignis accepimus) reprobissimi inter illos mortales. Noui orbis qui nefandam turpitudinem contra naturam non solum impune permit-

Tertia conclusio

Suadetur conclusio.

permitterent uerū nulla culpa denotabāt. Qua utique rōne fieri potest vt respublica & principes leges contra naturā instituunt sūm verbum ista. Vt qui condunt leges iniquas. Et sūm hoc intelligenda est illa glosa ad Rom. 2. quae ait culpam delictis legem iustitiae ab infidelium cordibus. Resistant ergo duo superiorum argumenta soluta. Ad tertium autem respondetur, quod est gratia sublimior sit atque efficacior, quam natura, non est tamen nobis ingenua, & innata, atque adeo neque tam penitus infixa, & ideo facilius per culpam nostram eradicator, quam lex naturae.

Ad tertium arguente.

QVAESTIO V.

DE LEGE HUMANA in genere.

S. Thom. 1. 2. qu. 95.

ARTICVLVS I.

Utrum praeter legem naturae necessaria nobis fuerint humanae.

TERTIVM legum genus est humanarum, de quibus maiores extant disputandi rationes, quae uterque primo, an praeter legem naturalem necessariae sint etiam humanae? Et arguitur a parte negatiua. Primo, quia (vt Aug. quae ex 1. de libero arb. q. proxima citauimus, ait) per legem aeternam sufficienter omnia sunt ordinatissima, illa autem satis abundeque nobis per naturam coequantur, ergo humanae redū dāt. Secūdo, lex mēsurā est (vt supra diximus) naturae actionū, rō autē non est rerum mēsurā, sed ipsa potius rerū natura, quā rō inspicit, (vt 1o. Mera auctor est Arist.) ergo cū leges humanae a rōne proficiantur, nō habent legitimam rōnem legū. Tertio mēsurā, qualis est lex, debet esse (vt ibidē Arist. docet) certissima, certitudo autē humanae rōni de rebus gerendis, quae singularia sunt ac mutabilia, cōpetere non potest, sed in illud Sap. 9. Cogitationes mortalium timidae, & incertae prouidentiae nrae, ergo a rōne humana nulla proficiuntur leges. Quarto altera via arguitur. Est, humana rō certa esse posset regula naturae actionum, multo commodius respublica uia hominum uoce gubernaretur, quā posset legibus. Eū uero cū iudex (vt

1. Arguente partitiae August.

Secūdū.

Tertiū.

Quartū argum.

5. Ethic. c. 4. auctor est Arist. Sit aiatū iustū facilius congruentiusque fieret ad illum recursum, quam ad legem surdam & mutam. Nā cum actiones in singularium usu consistant, non potest humana lex (vt quae sequi debemus) de omnibus prouidere, singulaeque circumstantias, prospicere, ut faceret sua prudentia iudex. In contrarium autem est Isidorus lib. 5. Etymol. c. 20. & refert inter decreta dist. 4. ubi ait, factas esse leges ut casum metu humana coereatur audacia, utaque sit inter improbos in nocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenatur audacia, & docendi feculias.

Aristot.

Isidorus

Quaestio huius solutio facile ex ipsa rerum natura, & humana conditione colligitur. Respondetur ergo duabus conclusionibus. Vna est. Necessarium prorsus fuit praeter legem naturae alias humanas pro rerum uarietatibus emergentibusque casibus ac negotiis, conditi Conclusio haec ex duabus radicibus constat, videlicet & ex discursivo ingenio nostro, & ex rerum indigentia. Enimvero sicut in speculabilibus, sic & in practi- cis innata nobis uis est ex uinculis principijs & indemonstrabilibus conclusiones deducere, eademque in duplici dīa. Alias quippe necessarias demonstramus, ut in Mathematicis, alias uero propter ineuidentiam consequentia sub opinione colligimus pro qualitate cuiusque scientiae. Pari modo in practi- cis ex primis principijs (vt dictū est) praecipua Decalogi, quasi necessarias conclusiones exprimimus, & ideo sunt de iure naturae. Sed tamen quia actiones nostrae in singularibus versantur, necesse est ex eisdem principijs observatus circumstantij loci & temporis ad particularia descendere. Quae propter illae regulae hunc in modum consistunt, quia non necessario ex solis principijs naturalibus pullulant, sed rationis ad- miniculo consueuntur, humanae leges nūcupantur. Vti sunt leges, quae in uindictionibus, & ceteris rerum commutationibus positae sunt. sine quibus genus nostrum uitam nequiret transigere. Sed exurgat hinc quispiam fortasse aduersus Dei, Naturaeque prouidentiam Nunquid non prouidentius nobis fuisset consuluum, si lex ipsa naturae usque ad singularia doceret nos omnia? Arguitur enim hoc fuisse consultius, eo quod ratio affectibus sepe obscuratur cum tamen lex naturae semper sit perspicua. Respondetur omnia esse disposita secundum naturam nostram

Prima conclusio.

Primatio.

Obiectio.

Solutio.

Soto, de Iusti & iu. C Ra-